ihū: dño nro. gr̄ c.c.xlv. Justorū aīe.
Alla. v. c.c.xxxvi P manus. S' matheū.
In ill'. Jussit ihs discipulos
suos ascendere in nauiculā:
et precedere eū trans fretū do
nec dimitteret turbas. Et di
missa turba: ascendit in mō
tem solus orare. Vespe aūt
facto: solus erat ibi. Naui
cula autē in medio mari:
iactabatur fluctibus. Erat ei
cōtrarius eis uentus. Quar
ta aūt uigilia noctis: uenit
ad eos ambulans supra
mare. Et uidentes eū supra
mare ambulantē: turbati
sūt dicentes. quia fantasma
est. Et pre timore clamaue
rūt. Statimq; ihs locutus
est eis dicens. Habete fidu
ciam: ego sū nolite timere
Rndens aūt symon petrus:
dixit. Dñe: si tu es: iube me
uenire ad te sup aquas.

At ipe ait. Veni. Et descendēs
petrus de nauicula: ambu
labat sup aquā ut ueniret
ad ihm. Videns aūt uētū
ualidū: timuit. Et cū cepis
set mergi: clamauit dicens.
Dñe saluū me fac. Et conti
nuo ihs extendens manū
apprehendit eū: et ait illi.
Modice fidei: quare dubitac
ti? Et cū ascendissent in na
uiculā: cessauit uentus.
Qui autē in nauicula erāt:
uenerūt et adorauerūt eū
dicentes. Vere filius dei es.
Credo dr̄. off'. c.c.xlvii Exultabūt sc̄a. Sec̄.
Offerimus tibi dñe qs p̄
ces et munera. que ut
tuo sint digna conspectui.
aplorū tuorū petri et pauli
precibus adiuuemur. P. Pfō
de aplis. Cō. Justorū aīe. Compl'.
Scōrū aplorū dñe petri et
pauli desiderata sollēp
nia recensentes. pr̄a qs: ut
eorū supplicationibus muni
amur. quorū regimur prin
cipatu. P. Octā uisitationis.
Gaudeamus. oīa ut s̄ i die. Coll'.
Omps et misericors deus.
qui ad consolationē
oīm credenciū uisitationē
btē marie uirginis ad ely
zabeth docuisti. pr̄a qs: ut

sicut sos ips ad uisitatione
huiusmodi inspirabat: ita
et corda nra et corpa instā
met corrdie et conseruet. p
eundē. Cetera oīa ut in die pce
de sās. Septē frm. cc.xlvii Laudate pū.

Dīa qs ops deus. ut Coll.
qui gloriosos mrēs for
tes in sua confessione cog
nouimus: pios apud te in
nra intercessione sentiam.
p. Epl. cc.xlviii Rememoramū gr. cc.xlviii Vin
dica dne. Alla. v. cc.xlvii Laudate pū. cv.
cc.xlvi Loquente ihū. Off. cc.xlv Xia nra. Sec.

Sacrificijs pītibz dne qs
placatus intende. ut in
tercedentibz sās tuis. deuoto
ni nre pficiant et saluti. p.

cō. cc.xlvi Quicūq; fecerit. Cōpl.
Quesumus ops deus. ut
intercedentibz sās tuis. illius
salutaris capiamus effectū:
cuius p hec misteria pignus
accepimus. p. Tūlano vñ
dicti. cc.xxxvi Justus ut palma. Coll.

Intercessio nos qs dne bti
vñdicti abbis cōmendet:
ut qđ nrīs meritis nō uale
mus. eius pīocinio assequa
mur. p. Epl. cc.xxxv Dilectus deo. gr.
cc.xxxiv Os iusti. Alla. v. cc.xxxiii Beās uir. Ew.
cc.xxxii Ecce nos reliquimus. Off.

Gla et honore. cc.xxxi Secreta
Sacris altaribz dne hoc

tias sup positas sōs vñdicti
qs in salutē nobis prouenire
deposcat. p. cō. cc.xlvii Fidelis seruus.

Protegat nos dne qs tui
tui sācti pceptōr bōs
vñdōs abbas p nobis inter
cedendo. ut cōuersationis ex
erpiamur insignia. et intro
cessionis eius papiamus
suffragia. p. Margarete vir. cc.xlvii
gnis. Gaudeamus oīes

Deus qui btām mariā
retā uirginē hodierna
die ad celos p mīrij palmā
puenire fecisti. cōcede nob
ppicius: ut eius exemplis
sequentes. ad te mereamur
puenire. p. Eodem die cc.xlvii

Omps sempiterne deus
miam tuā ostende sup
plicibz. ut qui de meritoꝝ
qualitate diffidimus intro
cedente btā mīdrada virgi
ne tua nō iudicīū tuū. sed
indulgentiā sentiamus.
p. Epl. cc.xlvi Sā p fidem. gr. cc.xlv
cc.xliv Educent ca. Alla. v. cc.xliii Adducentur.
cc.xlii Ew. Sīle est regnū ce. s. ī.

Off. cc.xli Offerent mun. Sec.

Hec uictima qs dne. p hāc
uirginis et mīs marie
te passione pīcia oblata et
mentē nobis sānitatē et cor
pōr obtineat sanitatē. Alla

Accipe dñe munꝰa que in
bte mildrade uirginis tue
sollempnitate deferimus.
quia ad tua prōcinia recur
rit et laudē. qd uel talis orta
est uel talis assūpta. P. Cō.
c.c.lvij
Quinq; prudentes. Compl.
Cuius dñe ꝑticipatione
sacramenti et btē mar
garete intercessione. et tu ī
nobis dignare ꝑmanere.
et nos in te uicissim mane
re concede. Alia cōpl.
Hec nos dñe grā tua qs
semꝑ exerceat. ut et diuinis
instauret corda nr̄a misteriis.
et scē mildrade uirgīs tue
cōmemoratione letificet. P.
c.c.xxxv.
Diuisio aplor. Michi at. Coll.
Deus qui hodierna die a
postolor tuor diuisio
nē tua ꝓuidencia fieri preor
dinasti ut in una fidei grā
gentiū dispsa uocaretur ec
clesia. da nobis ꝑ supplica
tionē eor nr̄or ueniam pro
mereri pccor. ꝑ quor uerā
predicationē ad tui nois ꝑ
uenimus agnitionem. P.
Omps. s. deus Eodem die
apud quē semꝑ est pre
clara uita scōr tuor. pr̄a qs:
ut qui btī plechelmi confes
soris tui atq; pontificis merita.
deuotis mentibꝫ ueneramur.
eius in celo consorciū te mise
rante habere mereamur.
c.c.xxxv
Epl. Corde creditur. gr. c.c.
Consti
xxxvi
tues eos. Alla. v. c.c.xxxvi Non uos me.
In ill. Dixit S. marcū.
i.d.s. Euntes in mundū
uniuersū: predicate euange
liū oī creature. Qui credide
rit et baptizatus fuit: saluus
erit. Qui uero nō crediderit
condēpnabitur. Signa aūt
eos qui crediderint: hec sequē
tur. In noīe meo demonia
eicient: linguis loquentur
nouis serpentes tollent. Et
si mortiferū quid biberint:
nō eis nocebit. Sup egros
manus īponent et bene habe
bunt. Credo. off. c.c.xxxvij In oem. Secrē.
Dñe ihū xp̄e tuar pastor
ouiū. suscipe ꝓpicius
hoc nr̄e deuotionis officiū.
qd tue offerimus maiestati
in eor recordatione. de quor
sollēpnitate hodierna gaude
mus diuisione. Qui uiuis. Alia.
Respice dñe sup hec munꝰa
que ꝓ oīm scōr tuor et
specialiter ꝓ btī plechelmi cō
fessoris tui atq; pontificis cō
memoratione. cuius est hodie
ueneranda festiuitas tue ma
iestati deferimus. et ꝓ nr̄is

offensionibus immolamus. P.
Co. Ego uos. Compl.
Leti dne sumpsimus redemp
tionis nre oblationem. pia
qs: ut nobis proueniat non ad
iudicium. sed ad saluationem et
hoc nobis obtineat eorum in
tercessio. quorum nobis hodie
effulsit saluberrima diui
Deus omnium fide Alia. sio.
lium remunerator animarum
pia qs ut bti plechelmi con
fessoris tui atque pontificis
cuius uenerandam celebra
mus festiuitatem precibus
indulgentiam consequamur.
P. Frederici epi mris. letabit
Sancti frederi coll. iustus
ci mris tui atque ponti
ficis dne confessio recensi
ta conferat nobis pie deuo
tionis augmentum. qui
in tuo nomine perseuerans me
ruit honorari. Eodem die.
Exaudi dne preces nras
qs. et intercedente bto
arnulfo confessore tuo atque
pontifice. supplicationes
nras placatus intende. P.
Epl. Memor esto. gr. Posuisti.
Alla. v. Posuisti. Ew. Nisi gra
num frumenti. off. Gla et hore.
Hostias tibi dne pro Sec.
commemoratione sci frede

rici mris tui atque pontificis
offerimus. quem a tui nominis
unitate nulla temptatio se
Iperauit. Alia Secreta
In conspectu tuo dne qs
talia nra sint munera. que
intercedente bto arnulfo con
fessore tuo atque pontifice et
placare te ualeant. et nos
placere tibi proficiant. P. Co.
Qui uult uenire. Compl.
Repleti cibo potuque celesti
deus nr te supplices exoramus.
ut in cuius hec commemora
tione percepimus. eius muni
Camur et precibus. Alia
Conseruent nos dne qs
munera tua et intercedente
bto arnulfo confessore tuo
atque pontifice. uitam eternam
nobis tribuant postulantibus.
P. Praxedis uirg. loquebar. coll.
Deus qui nos hodie bte
praxedis uirginis ac
mris tue annua sollempnita
te letificas. concede propitius:
ut eius adiuuemur precibus:
cuius castitatis irradiamur
exemplis. P. Epl. Qui glo
riatur. gr. Dilexisti. Alla v. Spe
tua. Ew. Simile est regnum ce
lorum x. uirg. off. Offerentur minus.
Hostias tibi dne bte Sec.
praxedis mris tue dica

tas. meritis benignus assu
me. et ad ppetuum nobis tri
bue. puenire subsidiu. p. cō.

c.c. lvij

Hilē est regnum. Compl'.

diuuent nos dñe qs ih̄u
mysteria scā que suplimus.
et bñe prxedis intercessio
uenerāda. p. marie mag'.

c.c. lviij

Gaudeamus omnes. Coll'.

Late marie magdalene
qs dñe suffragijs adiuuem̄
quus precib; exoratus qua
tenus aiam̄ fr̄em eius mortu
um. unū ab inferis resusci
tasti. Qui te. Epl'. Mulierē

c.c. lviij

fortem. uel istā. Vt supra.

Xps purgauit pcta ipi'
et exaltauit inetern̄u
cornu eius. Sapia laudabit
aiam̄ suā et in dñō honora
bitur. et in medio ppli sui
exaltabitur. Et in ecclīs
altissimi apiet os suū. et i
conspectu uirtutis illius gla
biatur. In medio ppli sui exal
tabitur. et in plenitudine
scōr̄ ammirabitur. Et in mil
titudine elector̄ habebit lau
dem. et inter benedictos bene
dicetur. gr̄. Dilexisti iustiā.

c.c. lx





Ev'. Rogabat ihm quidā pharisēus. Requie fiat v. post Iu
dica. Credo dī. Off'. Angel' dñi. Sec'.

c.c. lxij

Munera nra qs dñe bñe
marie magdalene glo
riosis mitis tibi accepta red
dantur. cuius oblationis
obsequiū unigenitus fili'
tuus clementer suscepit im
pensū. Qui te. p̄tō de aplis.

lxx

Cō. Videns dñs. Compl'.

Sumpto dñe munere ac
salutari remedio corpe salu
cet et pretioso sanguine fi
lij tui. qs. ut ab omnibus
malis bñe marie magdale
ne precamur exuamur. p. e.
Appollinaris mīr̄is.

c.c. lxiij

Sacerdotes

Scī appollinaris Coll'. dei.
mīr̄is tui atq; pontifi
cis dñe confessio recensita
conferat nobis pie deuotio
nis augmentū. qui in tuo
noīe pleueramus meruit

honorari. Eodem die.

Omnipotens sempiterne deus qui
ecclesiam tuam in confessio
ne sancti tui nominis solidasti. pre
ceptis: ut qui sancti liborij confesso
ris tui atque pontificis annua
recolit sollempnia. eius a
pud te ualeat implorari suf
fragia. P. epl. Doctrinis ua
rijs. gr. Inueni dauid. Alla. v. Po
suisti. eiusdem. Homo quidam nobi
lis. off. Veritas mea. Secreta.

Hostias tibi domine pro commemo
ratione sancti appollinaris
martiris tui atque pontificis offe
rimus. quem a tui nominis uni
tate nulla temptatio separauit.

Populum tuum domine Alia.
muneribus sacris inten
de placatus. ut qui sancti libo
rij confessoris tui atque ponti
ficis commemoratione sunt
oblata. ad celestia nos sub
leuent sacramenta. P. Co.

Semel iuraui. Compl.

Repleti cibo potuque celesti
domine deus noster te supplices exo
ramus. ut in cuius hec com
memoratione percepimus.
eius muniamur et precibus.

Presta quesumus ineffabili Alia.
clemencia tua deus. ut
sicut beati liborij confessoris
tui atque pontificis corporali

nos fultos gratulamur pa
trocinio. ita et spiritali tu
tos senciamus presidio. ut
cum eo in sanctorum gaudemus con
sorcio. P. In uigilia sancti iacobi a
postoli. Ego autem. P. totum sicut in
uigilia unius apostoli. Si fuit doctor
Alla. P. manus. In die sancto.

Michi autem. Collecta.

Esto domine plebi tue sanctifica
tor et custos. ut apostoli tui iaco
bi munita presidijs et con
uersatione tibi placeat et
secura mente deseruiat. eodem
die xpi.

Votiuos nos quesumus
domine beati martiris tui xpofo
ri natalis semper excipiat. qui
et iocunditatem nobis sue
glorificationis infundat.
et tibi nos reddat acceptos.
P. epl. Benedictio domini. gr.
Constitues eos. Alla. v. In omnem terram.

In illo. Accessit S. mathei
ad ihesum mater filiorum zebe
dei cum filijs suis: adorans et
petens aliquid ab eo. Qui
dixit illi. Quid uis? Ait illi.
Dic ut sedeant hij duo filij
mei unus ad dexteram tuam.
et unus ad sinistram tuam:
in regno tuo. Respondens autem
ihesus dixit. Nescitis quid pe
tatis. Potestis bibere calicem
quem ego bibiturus sum? Dicunt

De sancta anna requiere retro ubi habetur de sancta maria [illegible]

ea. Possumus. Aut illis. Calicem quidē meū bibetis: sedere autē ad dextrā meā et ad sinistrā. non est meū dare uobis: sed quibꝫ patū est a patre meo. Credo dī. C.C. xxxvij

off. Anchi at. Sec. Oblationes ppli tui dne qs bti apli tui iacobi passio btā conaliet. ut que tuis nō apta sūt mūnis. tuis tibi placata eius deprecatōe. Dtelenga munera Alia qs dne serena pietate intuere. ut ips cā pfundāt benedictione. et in nīs cordibus eā dilectionē ualidam infundant. p quā cūcis mūdo xpo famulus omia corpis tormēta deuicit. p. C.C. xxxvij

Cō. Dico aut. cōpl. Beati apli tui iacobi in cuius hodie festiuitate corpe et sanguine tuo nos refecisti. quesumus dne ds intercessione nos adiuua. pro cuius sollempnitate p cepimus tua sca letantes. Suplimus dne sca xpo Alia fou nīs tui sollepnita te celestia sacramenta. cuius suffragijs qs largiaris. ut qd temporaliter gerimus. eterna gaudijs consequamur. P. Pathaleonus nīs C.C. xxxviij Gla i hore. eius qui nobis hui⁹ Coll.

die sollempnitatē p cōmēoratione beati panthaleonis mūris tui passione fecisti. adesto famulie tue precibꝫ et da: ut cuius hodie festa celebramus. eius meritis et intercessione adiuuemur. p. Epl. C.C. xxxvij Justū deduxit. gr. C.C. xl Posuisti dne. alla. C.C. xl v. Posuisti. Cū. C.C. xlij Si quis mult. off. C.C. xxxvij Gla et honore. Sec. Suscipe dne clementer et sācta hoc sacrificiū pplī tui. ut qd in honore bti panthaleonis mūris tui tibi offertur ad gl̄am. nob plit ad ueniam. cō C.C. xlij Qui mult. Beati panthaleonis Cōpl. mūris tui annua sollempnitate letantes. clemenciam tuā supplices exoramus ops deus. ut sicut ille ob tanti agonē certamis in hac triumphali redimitus extitit corona. ita et nos oīonis illius fulti suffragio temptationū tela superantes bravio letemur eterno. p. Felicis simplicij fausti ni et beatricis mūrm. C.C. xlvij Sacerdotes eius. Coll. Dā qs dne ut sicut pplīs xpianus btoꝝ mūrm tuoꝝ felicis simplicij fausti ni et beatricis tpali sollempnitate congaudet. ita pfruatur etna.

et qđ uotis celebrat cõprehen
dat effectu. P.

In diebz illis. Vidi
ostiũ apt̃ũ in celo: et ecce turba
magna quã dinumerare ne
mo poterat ex oĩbz gentibz et
tribubz et linguis et pplis sta
tes ante thronũ. Et in cõspc
agni amicti stolis albis: et
palme in manibz eoz. et cla
mabãt uoce magna dicentes.
Salus deo nr̃o: qui sedet sup
thronũ et agno. Et omes an
geli stabant in circuitu thro
ni et seniox. et quatuor aia
liũ et ceciderũt in conspectu
thronj in facies suas: et adora
uerũt deũ dicentes amẽ. Bene
dictio et claritas et sapia et
gr̃ax actio: honor et uirtus i
fortitudo deo nr̃o: in scla scloz
Amen. gr̃. Sacerdotes eius. Alla.
v. Te mr̃m. Ew̃. Sint lumbi.

Offe. Veritas mea. Secr̃ē.

Hostias tibi dñe p cõmeo
ratione btox mr̃m felias si
plicj faustini et beatrias dese
rimus supplicater deprecantes.
ut indulgenciã pter nobis
conferant et salutẽ. P. Cõ. Be
atus seruus quem cõ. Cõpl.
Oresta qs ops deus. ut scox
tuox felicis simplicj fausti
ni et beatrias celestibz muste
riis celebrata sollempnitas.
indulgenciã nobis tue. ppi
ciationis acquirat. P.

et semes. Inuet in conspc. Cõe.

Deus qui cãs tuus abdu
et sensu ad hanc gl̃am
ueniendi copiosũ munus
gr̃e tue contulisti. da nob
famulis tuis nr̃ox uenia
pcatox: ut scox tuox intere
dentibz meritis. ab oĩbz mi
reamur adiuuari tibz laeta
ri. P. Cõpl. Lingua sa. gr̃. Glo
riosus deus. Alla. v. Justi epulent.
Ew̃. Descendens ihs de mõ

Secr̃ē. Offe. Amabilis.

Hec hostia qs dñe quam
scox tuox natalicia recensen
tes offerimus. et uincula nr̃e
prauitatis absoluat. et
nobis mise dona conciliet.

Cõpl. P. Cõ. Posuerunt. Cõpl.

Christus dñe oppatione
mistery et uicia nr̃a purget.
et intercedentibz scis tuis ad
ta desideria cõpleantur. P.

Germani cõfr̃ Louis.

Pria qs ops deus. ut bãssimu ger
manu confessorẽ tuu cunus
exempla muamur et colum.
et si equari factis eius non
possumus saltem uestigia
eius sequ. et fidem nobis
contingat imitari. P. Sēc.

Clemenciam tuam dne deprecamur ut hys oblationibus plebis quas in honore bti ssimi germani antistitis et confessoris offerimus. signatum diem hodierne festiuitatis celebremus. cum incoccussa fidei libertate quam ille constanti mente defendit precantes. ut robur paciencie eius nobiscum si non opere saltem uoluntate comitetur. P. Compl.

Sumentes ex sacris altaribus xpi dni ac dei nri corpus et sanguinem oramus. ut intercedente bto germano antistite. semper fide nobis plenius esurire detur ac sitire iusticiam. sic quoque opus eius confortati salutari gratia faciamus. ut non ad iudicium sed ad remedium sacramentum. quod accepimus habeamus. P.

Ad uincula petri. Nunc scio. col.

Deus qui btm petrum aplm a uinculis absolutum illesum abire fecisti. nrorum quesumus absolue uincula peccatorum: et omnia mala a nobis propiciatus auerte. Eodem die.

Fraterna nos dne mrm tuorum corona letificet. que et fidei nre prebeat incitamenta uirtutum et multiplici nos suffragio consoletur. P. Epl.

Misit herodes rex. Re in festo btorum aplorum petri et pauli. Grad.

Constitues eos principes.



A e v ia

v. Solue iubente deo terrarum petre ca thenas qui facis ut pateant celesti a reg na be a tis. Ew. Venit ihs in ptes

Off. Constitues eos. Sec.

Oblatum tibi dne sacrificium. in commemoratione bti petri apli tui. uiuificet nos semper et muniat. P. alia.

Votiua misteria dne pro sctorum mrm tuorum commemoratione deuota mente tractemus. quibus nobis presidium crescat et gaudium. P. co.

Tu es petrus. Compl.

Corporis sacri et preciosi sanguinis repleti libamine. quesumus dne deus nr: ut quod pia deuotione gerimus. certa redemptione capiamus. Alia.

Presta quesumus ops ds. ut quorum memoriam sacramenti participatione recolimus. fide

quoq; pficiendo sectemur.
℣. Stephi ꝑe et mrīs. Just
c.c.xxxvij
ut palma florebit. Coll.
Deus qui nos bti stephi
mrīs tui atq; pontificis.
annua sollepnitate letifi
cas. concede ꝓpicius: ut cu
natalicia colimus. de eius
dem eccā ꝓtectione gaudea
mus. ℣. Epi. c.c.xlix. Ecce sacerdos
gr. c.c.xl. Justus non cōtur. Alla. ℣. Be
c.c.lij. c.c.liij.
atus uir. Ew. Homo quidā
c.c.liij.
nobilis. off. Inuenit dauid. Sec
Munera tibi dñe dicata
sācta. et intercedente be
ato stephano mrē tuo atq;
pontifice. p eadem nos pla
catus intende. ℣. Cō. c.c.liij. Dñe q̄sq;
Et nos cōmunio Cōpl.
Dñe purget a crimine.
et intercedente btō stephō
mrē tuo atq; pontifice. celes
tibz remedys faciat esse cō
sortes. ℣ In inuentōe sācti stephi.
Totū officiū sicut in nāli ipius sz
Alla. ℣. c.c.xlv. Judicabūt sācti. Coll.
Deus qui es scōz tuorū
splendor mirabilis. qui
q; hodierna die scōz mrīm
tuoz corpa stephani nicho
demi gamalielis atq; abi
bon inuentione gloria reue
lasti. da nobis in eterna le
titia de eoz societate gaudē. ℣.

Munera tibi dñe mrē sū
deuotionis offerimus.
que et ꝓ tuoz tibi grata sint
honore scōz. et nobis salutā
ria te miserante reddāt. ℣.
Suscipimus dñe scōz cōpl
mrīm tuoz stephani ni
chodemi gamalielis atq; a
bibon sollempnia celebrā
tes sacramenta celestia. pā
q̄s: ut qd̄ ꝓpalitur geramus.
eterni gaudij consequa
mur. ℣. Sixti ꝑe et mrīs. Coll.
c.c.xlvij
Sacerdotes dei.
Deus qui conspicis. quia
ex nulla nrā uirtute subsi
stimus. concede ꝓpicius: ut
intercessione beati sixti mar
tiris tui atq; pontificis. cō
tra oīa aduersa munia
Deus qui nos eode du
concedis scōz mrīm tu
orū feliassimū et agapiti
natalicia colere da nobis
in eterna letitia de eoz soc
tate gaudere. ℣. Epi. Testi
c.c.xlix. c.c.l.
cor. gr. Sacerdotes eius. Alla. iu
c.c.xlvj c.c.xlvij
Sā tuu. Ew. Ecce ego mitto.
Off. c.c.liij. Inuenit dauid. Secr.
Suscipe dñe munera ꝓpi
tiatus oblata que maiesta
ti tue beatus sixtus sacrdos
cōmēdet et martyr. Alia.
Hostias altaribz tuis dñe

placationus ꝓponimus po
tencia tua in loco tuo pal
lionibꝫ honorando. et p eas
nobis implorando uenia
ꝑcoꝝ. ℣. Benedicta nouorũ
Benedic dñe et fructui.
hos fructus nouos po
moꝝ et uue. quos tu dñe ro
re celi et fundancia pluuiaꝝ
et temporꝝ serenitate. ad ma
turitatẽ ꝓducere dignatus
es: et dedisti eos ad usus
nros cũ gra gratiaꝝ actione ꝓcipe.
in noie dñi nri ihũ xpi tui.
p quẽ hec oia ꝛc. Cõ. Dne qui
Qui talenta tradidisti. Cõpl.
festa qs dñe deus nr. ut
in cuius hec sollempnitate
uotiua sũt sacramenta. ei
nobis intercessione saluta
ria reddantur. Alia.
ta qs dñe nobis inter
cedentibꝫ sacris tuis feliciſſimo
et agapito. ut que ore con
tingimus pura mente ca
piamus. ℣. In tribulatione
dñi. In excelso throno. Coll.
Deus qui hodierna die
unigenitũ tuũ mira
biliter transformatũ celitus
utriusq; testamenti patribꝫ
reuelasti da nobis qs bene
placitis tibi actibꝫ ad eius
cemp cõtemplanda ꝓtingẽ
gliam in quo tue paternita
ti optime cõplacuisse testa
tus es. ℣. eiũdem. Eodem die.
Intercessio nos qs dñe
bẽ affice mris tue leti
ficet. que et in confessione
et ignis concrematione tibi
placere meruit. Iterũ eodẽ die
Deus tuoꝝ gle sacerdo
tũ. ꝓpiciaꝝ qs: ut sũ mris
tui atq; pontificis donati
cuius festa gerimus auxi
lium sencamus. ℣. Non
Non uũ petri apli.
indoctas fabulas conse
cuti. notã facimus uobis
dni nri ihũ xpi uirtutẽ et
presencia. sed speculatores
fãi illius magnitudinis.
Accipiens enim a deo pre ho
norem et gliam uoce delap
sa ad eũ huiuscemodi a
magnifica gla. Hic est filius
meus dilectus. in quo mihi cõ
placui: ipm audite. Et hanc
uocem nos audiuimus de
celo allatam: cũ essemus cũ
ipo in monte scõ. Et habemꝰ
firmiorẽ ppheticum sermonẽ
cui benefacitis attendentes
quasi lucerne lucenti in ca
liginoso loco. donec dies il
lucescat: et lucifer oriatur:
in cordibꝫ nris. ℟. Speciosus

forma. Alla. v. xiij. Dies sanctificat⁹.
Seq̄. Letur hodie. Ew⁹. Assūp
sit ihs xiiij. petrū. Credo. et p̄fō de
scā trinitate. Off. c. xix. Intonuit. Sec
Suscipe q̄s dn̄e munera
que p gloriosa filij tui
transfiguratione deferim⁹.
et concede ꝓpicius: ut p hec
et a tp̄alib; liberemur incō
modis. et gaudijs cōnecte
mur eternis. P eundē. Alia.
Sacrificiū dn̄e qd̄ deside
ranter offerimus gra
tum tibi btā affra suffra
gatrix efficiat. Item Alia.
Presta q̄s dn̄e. ut p̄cib;
scī mr̄is tui atq; ponti
ficis donati. quē ad laudē
nōis tui dicatis muneribꝫ
honoramus. pie nobis de
uotionis fructus accrescat.
P Cō. In splendoribꝫ. Compl.
Deus qui nos incarna
ti uerbi tui transfigu
ratione. tue que ad eū mis
sa paternitatis uoce letifi
cas. tribue q̄s: ut diuinis
pasti misterijs. in eius me
reamur membra transfer
ri. qui hec in sui memoriā
fieri precepit ihs xp̄s filius
tuus dn̄s nr̄. Qui te. Alia.
Beate affre mr̄is tue dn̄e
q̄s suffragijs exoratus.

pcepti sacramenti tui nos
uirtute defende. Item alia.
Omp̄s et misericors d̄s
qui nos sacramentorū
tuorū et ꝑticipes efficis et
mīstros. p̄ra q̄s: ut interce
dente scō mr̄e tuo atq; pon
tifice donato. et fidei ꝓficia
mus augmento et btitudi
nis iūgamur consortio. P
Cyriaci et sociorū eius. Timet
Coll.
c. c. xliij. Dn̄m omnes scī.
Deus qui nos annua
bti cyriaci mr̄is tui et soci
orū eius sollempnitate leti
ficas. concede ꝓpicius: ut
quorū natalicia colimus.
uirtutē quoq; passionis
imitemur. P. Vt sapiēcie
Metuentes dn̄m sustine
te mīas eius: et ne defec
tatis ab illo ne cadatis. Qui
timetis dn̄m credite illi: et
nō euacuabitur merces uīa.
Qui timetis dn̄m sp̄ate in
illū: et in oblectatione ueniet
uobis mīa. Qui timetis
dn̄m diligite illū: et illuīa
buntur corda uīa. Respicite
filij nationes hōim. et scito
te quia nullus sp̄auit ī dn̄o
et confusus est: p̄mansit in
mandatis eius et derelictus
est. Aut quis īuocauit illū.

et despexit eum: Quoniam pius et misericors est: dominus deus noster. Gr. Timete dominum. Alleluia. v. Te martirum. Ew. Nichil optimum. Off. Letamini

Suscipe domine sacrifi Secre. cium platacionis et laudis. quod nos interueniente beato cyriaco cum socijs suis perducat ad ueniam. et in perpetuam gratiarum constituat actionem. P. Co.

Signa eos qui in. Compl. Quesumus domine deus noster. ut interueniente beato cyriaco martire tuo cum socijs suis. sacrosancta misteria que sumpsimus et actu subsequamur et sensu. P. In uigilia laurencij.

Dispersit de dit pauperi bus iusti cia e ius ma net in seculum secu li cornu eius exalta bitur in glori a. p. Beatus uir qui timet dominum in man datis eius uolet nimis. Coll.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus et intercessione beati laurencij martiris tui perpetuam nobis miam benignus impende. P. Eodem die.

Deus qui nos annua beati romani martiris tui sollempnitate letificas. prestra quesumus: ut cuius natalicia colimus. uirtutem quoque passionis imitemur

Dispersit de P. epl. Confitebor. Gr. dit paupe ri bus iusti cia e ius ma net in se culum se cu li. v.

Potens in ter ra e rit semen e ius generatio recto rum be ne dice tur Si fuit doc. Alleluia v. Letabitur. Ew.

Si quis uult post. Off. Oratio me a mun da est et ideo pe to ut detur lo cus uoci mee in ce lo qui a ibi est iudex me us et conscius meus ineter

num ascen dat ad
do minum deprecatio
me a. Secre.

Hostias dñe quas tibi offe
rimus ꝓpicius suscipe:
et intercedente btõ lauren
cio mr̃e tuo. uincula pccoꝝ
nr̃oꝝ absolue. P. Alia.

Munera tibi dñe dicata
sc̃ifica. et intercedente
btõ mr̃e tuo romano. ꝑ eadẽ
nos placatus intende. P. Cõ.
c.c.xlij. Qui uult uenire post me. Cõpl.

Da qs dñe deus nr̃. ut sicut
in bti laurencij mr̃is cõ
memoratione. tpali gratu
lamur officio: ita ꝑpetuo le
temur aspectu. P. Alia.

Hec nos cõmunio dñe
purget a crimine. et in
tercedente btõ romano mr̃e
tuo celestibꝫ remedijs faciat
esse consortes. P. In die scõ.
xl. Confessio et pulchritudo. Coll.

Da nobis qs ops deus ui
cioꝝ nr̃oꝝ flãmas extin
guere. qui btõ laurentio mr̃i
tuo tribuisti tormentoꝝ suoꝝ
incendia supare. P. epl. c.c. xxxix. Qui ꝑce.

Probasti do mi ne gr.

cor me um et uisitas
ti noc te v. Igne
me examinas ti et nõ
est inuen ta in me iniq
quitas A e v ia
v. Leuita laurẽcius
bonũ opus operatus est qui ꝑ sig
nũ crucis cecos illuminauit et the
sauros ecclesie dedit pauperibus.
Eiu. Nisi granũ fru
menti. c.c.xli. Off.

Confessio et pulchri tudo
in conspec tu e ius sanc
titas et magnificen ti a
in sanctificatio ne e

Accipe qs dñe sec.
munera dig ius
nanter oblata. et bti laurẽ
cij suffragantibꝫ meritis. ad
nr̃e salutis auxiliũ ꝓuenire
concede. P. Cõ. c.c.xlij. Qui michi. Cõpl.

Sacro munere sacrati supplicater te dñe deprecamur. ut qđ debite seruitutis celebrãmus officio. intercedente bto laurencio mĩre tuo saluati. onus tue sentiamus augmẽtum. ℣. Infra octauam. Exaudi dñe in ecclia tua spũm cui bẽtus laurencius leuita seruiuit. ut eodem nos repplente studeamus amare qđ amauit. et ope exercere qđ docuit. ℣ eumdem. Secrẽ Sacrificiũ nrm tibi dñe qs bti laurencij pcatio scã cõsecret. ut cuius honore celebrãmus. nr̃is efficiatur acceptũ. ℣. Supplices te rogamꝰ cõpl' Omps deus. ut quos donis celestibꝫ sacrasti. intercedente bto laurẽtio mĩre tuo. ppetua ptectione cũstodias. ℣. Tyburcy Iustus ut Beati tiburcy Coll. pal. nos dñe foueant continuata psidia. qua non destimus ppicius intueri. qs salubꝫ auxilijs concedentes adiuuari. ℣. Epl' Confitebor. gr̃. Os iusti. Alla. v̄. Letabit. Euã. Nemo accendit lucer. Offr' In uirtute tua. Sẽct. Desto dñe pabꝫ ppli tui adesto muneribꝫ. ut q̃ sacris sũt oblata misteriis. tuoꝝ tibi placeant intercessione sc̃oꝝ. ℣. Cõ. Soluti. Cõplr' Suplicamus dñe pignus redemptionis eterne. sit nobis qs̃ interueniente bto tiburcio mĩre tuo. ut te pũtis auxiliũ pitere et futuꝝ. ℣. Ypoliti et sociꝝ eius. Iusti epu Da nobis qs̃ ops cor. lent̃ deus. ut bti ypoliti mĩr tui sociꝝ q̃ eius uenerãda sollempnitas. et deuotionẽ nobis augeat et saluteꝫ. ℣. Epl' Rememoramꝰ. gr̃. Iusto rium aie. Alla. v̄. Iusti epulentur. Euã. Attendite a fermẽ. Offr' Anima nr̃a sicut Secreta Respice dñe munera pplitui sc̃oꝝ festiuitate uotiua. et tue testificatio ueritatis. nobis pficiat ad salutem. ℣. Cõ. Dico autem. Compl' Sacramentoꝝ tuoꝝ dñe cõmunio cũpta nos saluet. et in tue ueritatis luce confirmet. ℣. In uigĩ acceptõis ma' Salue sc̃a. Coll' Deus qui uirginalem aulam bt̃e marie in qua habitares eligere dignatus es. da qs ut tua nos defensione munitos. iocũdos

sue faciat interesse festiui
tati. Qui uiuis. Eodem die.

Deus qui nos btōr con
fessor tuor. eusebij et
werenfridi annua sollēp
nitate letificas. conde ꝓpi
cius: ut quor natalicia
colimus. ꝑ eor ad te exem
pla gradiamur. P. Epl.
Sapiā laudabit a. Gr.
Benedicta et. Si dōc fuit. Alla. v
Post ptū. Ew. Extollens uo
cem. Off.


Beata es uir
go
ma ria que dominū portas
ti creato rem genu
isti qui te fe cit cit
et in eternum permanes
uirgo. Secreta.

Munera nr̄a dn̄e apud
clemenciā tuā dei geni
tricis cōmendet oro quam
idcirco de pn̄ti sc̄lo transtu
listi. ut ꝑ pcc̄is nr̄is apud
te fiducialiter ītercedat. Alia

Laudis tue dn̄e hostias ī
molamus. in tuor cō
memoratione sc̄or. quibus
nos et pn̄tib; exui malis cō
fidimus et futuris. P. Cō.


Regina mundi et domina uir
go maria perpetua interce
de
pro nostra pace et salute que ge
nuisti xp̄m dn̄m saluatorē oīm.

Adiuuent nos q̄s Cōpl.
dn̄e. et hec misteria sc̄a
que sūpsimus. et bt̄e semp
q̄ uirginis marie cuius sol
lempnitatē preimus inter
cessio ueneranda. Alia.

Sc̄or confessor tuor euse
bij et werenfridi nata
licia tuo munere celebran
tes. supplices te dn̄e depreca
mur. ut hoc idem nobis se
per et indulgencie causa
sit et salutis. P. In die sc̄o.

Gaudeamus omēs. Coll.
Ueneranda nobis dn̄e hui
diei festiuitas opem confe
rat sempiternā. in qua sc̄a
dei genitrix mortē subijt
temporalem. nec tamē mor
tis nexib; deprimi potuit.
que filiū tuum dn̄m nr̄m
de se genuit incarnatum.
Qui tecū. Infra oct. Coll.

Famulor tuor qs dñe
delictis ignosce. ut qui
placere tibi de actibz nris
nō ualemus. genitricis filij
tui dñi dei nri intercessione
saluemur. Per. ℣ sapiē.
Audite me qui elongati estis a iustitia: et
hereditate dñi morabor.
Tunc precepit et dixit mihi
creator oīm: et qui creauit
me. requieuit in tabernaculo
meo. et dixit mihi. In
iacob habita: et in israel
hereditare. et in electis meis
mitte radices. Et sic in sion
firmata sū: et in ciuitate
sanctificata similiter requieui. et
in ihrlm potestas mea. Et
radicaui in populo honorificato:
et in partem dei mei hereditas
illius. et in plenitudine
sanctorum detentio mea. Quasi ce
drus exaltata sū in libano
et: et quasi cypressus in
monte sion. Quasi palma
exaltata sū in cades: et quasi
plantatio rose in iericho.
Quasi oliua speciosa in
campis: et quasi platanus
exaltata sū iuxta aquam
in plateis. Sicut cinamo
mum et balsamū aroma
tizans: odorem dedi. Quasi
murra electa: dedi suauita
tem odoris. gr. Uoter ueritatē. C.C.lv.
Alla. ℣. O consolatrix. Infra eb̄dō. C.C.lvi.
Alla. ℣. Post partum uirgo. C.C.lvii.



Ant. Intrauit Ihs in quoddā castellū:
et mulier quedā martha
noīe. excepit illū in domū
suā. Et huic erat soror noīe
maria: que etiā sedens secus
pedes dñi. audiebat uerbū
illius. Martha aūt: satage
bat circa frequens ministe
riū. Que stetit et ait. Dñe:
nō est tibi cure q̄ soror mea
reliquit me solam ministra
re? Dic ergo illi: ut me
adiuuet. Et rñdens: dixit
illi dñs. Martha martha
sollicita es: et turbaris erga
plurima. Porro: unū est
necessariū. Maria optimā
ptem elegit: que nō auferet
ab ea. Credo diat̄ octauas.
Off. Diffusa est gr̄ā. Secreta.

Intercessio q̄s dn̄e bt̄e ma
rie semp̄ uirginis mune
ra nr̄a tibi cōmendet. nos
q̄ in eius ueneratione ma
iestati tue reddat acceptos.
P. Pfō. Et te in assūptōe. p̄ totam
octauam. Cō. Dilexisti. Cōpl.

Mense celestis p̄ticipes effec
ti. īploramus clemēciā
tuā dn̄e deus nr̄. ut qui festa
bt̄e marie dei genitricis co
limus. a cunctis malis īmi
nentib; eius intercessionib;
liberemur. P eundē. Arnulfi
Deus qui bt̄m arnul cōf.
fū confessorē tuū atq;
pontificē doctorē precipuū
catholice q̄ fidei predicatorē
eligere dignatus es. p̄ra q̄s:
ipo p̄ nobis intercedente. a
pc̄tor nr̄or exui malis. et
tibi dn̄o sinceris mentibus
O deseruire. P. Secreta.
Omp̄s sempiterne deus.
qui bt̄m arnulfū confesso
rem tuū atq; pontificem. et
pontificatus officio. et fidei
munere sublimasti. tribue
q̄s supplicib; tuis: ut q̄tq̄
pc̄ti contagione contractū
est in nobis. ipo p̄ nobis sū
mo antistite tuo interceden
te saluemur. P. Compl.
Repleti sumus dn̄e mu
neribus tuis. que in festiui
tate bt̄i arnulfi confessoris
tui atq; pontificis p̄cepimus.
tribue quesumus: ut eodē
p̄ nobis intercedente. et eor
mundemur effectu. et mu
niamur auxilio. Per.

In octaua laurencij.

Probasti do mine cor meum
et uisitas ti nocte igne me
ex a mi nasti et nō est
inuenta in me in iquitas. P.
Exaudi domine iusticiam meā
intende deprecationem meam. Cōp.
Beati laurencij nos fac
bat dn̄e passio ueneran
da letantes. et ut eā sufficiē
ter recolamus efficiat prop
tiores. P. Memō de assūptōe. Epla
Gr̄ Alla Seq̄ Ew̄. Off et cō. oīa
sicut in die Credo et p̄fō de assūp
tione dicuntur. Secreta.
Beati laurencij mr̄is tui
honorabilē passionē mu
neribus dn̄e exequimur ge
minatis. que licet digne p̄
prijs sit memoranda p̄nci
pijs indesinenter tamē p̄manet

gloriosa. Per. Compl.
Sollempnis dne intercessio
bti laurencij mris tui
qs nobis prestet auxiliu. ut
celestis mense pticipatio qua
supsimus. tribuat ecclesie
tue recensita leticia. P. Aga
Letetur eccla piti mris.
tua deus. bti agapiti
mris tui confisa suffragijs.
atq; eius pcibz gloriosis. et
deuota pmaneat et secura
consistat. P. Secreta.
Suscipe dne mura. que
in eius tibi sollempnitate
deferimus. cuius nos cofidi
mus procinijs liberari. P. Compl.
Saciasti dne familiam
tua muneribz sacris. eius
qs interuentione nos refo
ue. cuius sollempnia cele
bramus. P. Magni mris.
Adesto dne supplicatoibz
nris: et intercedente be
ato magno mre tuo. ab hos
tiu nos defende ppiciatus
Dincursu. P. Secreta.
Resta nobis qs ops ds.
ut nre humilitatis oblatio.
p tuoz tibi grata sint ho
nore scoz. et nos corpe piter
et mente purificet. P. Copl.
Qua sca sumentes qs dne.
ut bti magni mris tui
nos foueant continuata p
sidia. P. Bernardi abbis.
Perfice in nobis qs dne
piu religionis effectu.
et ad obtinenda gre tue lar
gitate. beatus bernardus
abbas et doctor egregius. su
is apud te semp meritis et
precibz p nobis intercedat. P.
Grata tibi sit deus Secre.
huius oblatio sacrame
ti. qd in memoria dnice pas
sionis tue offerimus maies
tati. P. Compl.
Cuius in nobis dne cibz
que supsimpsimus opetur
effectu. ut incorpet nos sibi
esus edentes. P. In octa assup
tois marie. Totu offm sicut in die.
sz Alla O consolatrix. et seqn Aue
preclara. Eode die tymothei et
Auxiliu tuu simphoriani.
A nobis dne qs placatus
impende et intercedentibz
beatis mribz tuis tymotheo
et symphoriano. dexteram
sup nos tue ppiciationis
Oextende. P. Secreta.
Offerimus tibi dne pre
ces et munera que ut tuo
sint digna conspectui. btoz
mrm tuoz tymothei et sym
phoriani precibus adiu
uemur. Per. Compl.

Diuini muneris largita
te saciati qs dne deus nr.
ut intercedentib; btis mrib;
tuis thymotheo et sympho
riano. eius semp pticipatio
ne uiuamus. P. In uigilia
bartholomei apli. c.c. xxxiiii Ego aut
p totu sicut in uigi vnius apli.
In die sco. c.c. xxxv Michi aut. Coll.
Omps sempiterne deus q
huius diei uenerandam
scam qz leticiam. in bti apli
tui bartholomei festiuitate
tribuisti. da ecclie tue et ama
re qd credidit. et predicare
qd docuit. P. Epl. c.c. xxxv Jam non
estis. gr. c.c. xxxvi Constitues. Alla. v. c.c. Jam
xxxvi non estis hospites. Scdm marcu
In illo: Ascendens ihs in mon
tem: uocauit ad se quos uo
luit ipe. Et uenerut ad eu.
Et fecit ut essent duodecim
cu illo: et ut mitteret illos
predicare. Et dedit illis pta
tem curandi infirmitates:
et eiciendi demonia. Et im
posuit symoni nomen pe
trus: et iacobu zebedei. et
iohem frem eius. et iposuit
eis noia boanarges. qd est
filij tonitrui. et andrea. et
philippu. et bartholomeu.
et matheu. et thoma. et ia
cobu alphei. et thadeu. et sy
mone chananeu. Et iudam
scarioth: qui tradidit illu.
Credo dr. Off. c.c. xxxviii In omne terra. Sec.
Beati apli tui bartholo
mei cuius sollempnia
celebramus. qs dne ut eius
auxilio tua beneficia capia
mus. pro quo tibi hostias
laudis imolamus. P. Pfo
de aplis. Co. c.c. xxxviii Dico aut uob. Cpl.
Sumpsimus dne pignus sa
lutis eterne celebrantes
bti apli tui bartholomei uo
tiua sollepnia: et ppetua
merita uenerantes cuius me
ritis nos qs adiuuari conce
das. P. Gregorij epi traiecten
sis. c.c. xlviii Sacerdotes tui. Coll.
Deus qui scam nobis hui
diei sollempnitate in hono
re sci gregorij confessoris tui
atqz pontificis consecrasti.
adesto familie tue precibus
et dona. ut cuius sollemp
nia celebramus. etiam meri
tis et auxilio subleuemur.
P. Epl. c.c. xlix Ecce sacerdos. gr. c.c. l Jura
uit dns. Alla. v. c.c. l Jurauit. Ew. c.c. lii
Vigilate. Off. c.c. lii Veritas. Secre
Respice dne pplm tuu ad
tua sacramenta concur
rente. et presente festiuitate
sci confessoris tui atqz pon
tificis gregorij recolente. ut

qd singuli in honorē tui no
minis detulerunt. cunctis p
ficiat ad salutē. P. Cō. Bts ser
c.c.lii.
Gratias tibi Compl. uus
agimus dñe deus nr. ut
qui celesti nos medela repare
dignatus es. da qs de pccis nris
ueniā: sicut btō confessori
tuo gregorio atq; pontifici.
dedisti sedem pontificatus. P
Adesto suppli rufi mris.
cationibz nris dñe. et be
ati rufi mris tui intercessio
nibz confidentes. nec minis
aduersanciū. nec ullo turbe
mur incursu. P. Secreta.
Intercessio qs dñe sci rufi
mris tui munera nra cō
mendet. nos qz in eius uene
ratione tibi reddat acceptos. P.
Sumentes gaudia Cōpl.
sempiterna de pticipatōe
sacramenti. et festiuitate bti
rufi mris tui te dñe supplici
ter deprecamur. ut que sedu
la seruitute donante te geri
mus. dignis sensibz tuo mu
nere capiamus. P. Augusti
ni epi. In medio ecclie. Coll.
Adesto supplicationibus
nris ops deus. et quibz
fiduciā sperande pietatis in
dulges. intercedente btō au
gustino confessore tuo atq;

pontifice. consuete mie tri
bue benignus effectū. Eodē die.
Deus qui btm hermetē
mrem tuū uirtute con
stancie in passione roboras
ti. ex eius imitatione nobis
tribue p amore tuo pspera
mundi despicere. et nulla ei
aduersa formidare. P. Epl.
c.c.xlix. c.c.l.
Ecce sacerdos. gr. Iurauit dñs
c.c.li.
Alla. v. Iste est qui ante deū. Ew.
c.c.li. c.c.lij.
Vos estis sal terre. Off. Veritas.
Sancti confessoris Secre.
tui atq; pontificis au
gustini nobis qs dñe pia
nō desit oro. que et munera
nra conciliet. et tuā nobis
indulgenciā semp obtineat.
Munera nra qs dñe Alia
ppiciatus assume. et ut
digne tibi famulemur. sci
mris tui hermetis nos inter
cessione custodi. P. Cō. fidelis
c.c.liij.
Ut nobis dñe cōpl. seruus.
tua sacrificia dent salu
tem btūs confessor tuus atq;
pontifex augustinus qs pre
cator accedat. P Alia compl.
Repleti dñe benedictione
celesti qs clemenciā tuā.
ut intercedente btō hermete
mre tuo. que humiliter ge
rimus. salubriter senciamus.
P. Decollatio iohannis bapte

c.c.xxxviij.
In uirtute tua dñe. Collecta.

Sancti iohis baptiste et
mris tui dñe qs uenerā
da festiuitas. salutaris auxi
lij nobis prestet effectū. P.

Deus qui inter Eodem die.
cetera potencie tue mira
cula. eciā in sexu fragili uic
toriā mrij contulisti. concede
ppicius: ut cuius natalicia
colimus. p eius ad te exem
pla gradiamur. P. Epl. c.c. Sci
rlii. ludibria. gr. c.c. rl. Dñe puenisti.
Alla. v. c.rlii. Dñe in uirtute. S' mcū.

In illo: Misit herodes ac tenu
it iohannem: et uinxit eū
in carcerem. ppter herodia
dem uxorem philippi fris
sui. qa duxerat eam. Dice
bat enī iohes herodi. Non
licet tibi habere uxorem fris
tui. Herodias autē insidia
batur illi: et uolebat occidē
eū nec poterat. Herodes enī
metuebat iohem: sciens eū
uirū iustū et scm. et custo
diebat eū. Et audito eo mlt
ta faciebat: et libenter eum
audiebat. Et cū dies oportu
nus accidisset: herodes na
tali suo cenā fecit pncipibz
et tribunis et pmis galilee.
Cūqz introisset filia ipius
herodiadis. et saltasset. et
placuisset herodi simulqz dis
cūbentibz: rex ait puelle. Pe
te a me qd uis: et dabo tibi.
Et iurauit illi. qr quidqd
petieris dabo tibi: licet dimi
diū regni mei. Que cū exis
set: dixit matri sue. Quid
petam? At illa dixit Caput
iohis baptiste. Cūqz intro
isset statim cū festinatione
ad regem: petijt dicens. Vo
lo ut ptinus des michi in dis
co: caput iohis baptiste. Et
contristatus est rex propter
iusiurandū. et ppter simul
discūbentes noluit eā con
tristari: sed misso spicula
tore precepit afferri caput
eius in disco. Et decollauit
eū in carcere: et attulit caput
eius in disco. et dedit illud
puelle. et puella dedit mri
sue. Quo audito discipuli
eius uenerūt. et tulerunt
corpus eius: et posuerunt
illud in monumentū. offi

c.c. rli. Secreta.
Posuisti dñe.

Munera dñe que tibi pro
sci mris tui iohis baptiste
passione deferimus qui dū
finitur in terris. factus est
in celesti sede ppetuus. qs
ut eius obtentu nobis pro
ficiant ad salutem. Alia.

Hostias tibi dñe bñe sabi
ne mñs tue dicatas. me
tas benignus assume. et
ad ppetuñ nobis tribue p
uenire subsidiuñ. ℣. Cō. nñag
C.C. lxxv.
Confortat nob cōpl. na est
dñe sñ vobis beapassbe
utraq; sollempnitas. ut et
magnifica sacramenta q
suspimus digne uenerem.
et ut nobis poenis edita
Gaudeamus. Alia cōpl.
Iustificet nos qs dñe. et
diuinis sacramentis preparo
et gloriosa scē sabine depre
catio. ℣. Felicis et adaucti.
Sapientiam. C.C. xlij. Coll.
Maiestatē tuam dñe sup
plices deprecamur. ut sicut
nos iugiter cōmuy tuoy feli
cis et adaucti cōmemora
tione letificas: ita semper
supplicatione defendas. ℣.
Epp. C.C. xlvij. Lingua sapientiñ. gñ.
C.C. xlvij. C.C. xlvij. C.C. xlvij. C.C. xlvij.
Gloriosus. Alla v. Sanctu dñe. Evñ.
C.C. xlvij. C.C. xlvij.
Secrete ihū. off. letamū Secrē.
Hostias dñe tue plebis mre
de. et quas in honore scōy
tuoy deuota mente celebrat.
placere sibi sencat ad salutē.
℣. Cō. C.C. xlviij. Quod dico uobis. Compl.
Repleti dñe muneribus
sacris. qs: ut intercedē
tibus sās tuis in gñay tuay
sempitione maneamus
℣. Paulum confessorē.
Intercessio dñe bñ pauli
ni confessoris tui. et nobis
tuā nō desinat placare iusti
ciā. et nrīm tibi deuotū ungt
efficere famulatū. ℣. Secrē.
Hostias nras qs dñe scūs
confessor tuus paulinus
noī tuo reddat acceptas. qui
eas tibi digne complacuit
Offerendo. ℣. Compl.
Leti dñe sumpsimus sa
cramenta celestia. que nob
interueniente bñ paulino
confessore tuo uberius con
fidimus pfuturā. ℣. Egidy
abbatis. C.C. xxxviij. Justus ut palma. Coll.
Porrende nobis dñe mñaz
tuā et bīs egidius abbas.
cuius nos dedisti patrocinio
adiuuari. tribue: ut maiest
tem tuā p nobis exoret. ℣.
Omps sempi eodem die.
Oterne deus fortitudo cer
tantiū et mīm palma. sol
lempnitatē hodierne diei
ppicius intuere. et ecclīam
tuā continua fac celebrita
te gaudere. et bñoy mīm
tuoy petri et pauli intercess
sionib; oīm in te credentiū
uota pficias. ℣. Epl. C.C. xlvij. Dilec
tus deo. gñ. C.C. xlvij. Os iusti. Alla. v. Just'

germinabit. Ew. c.c.xxxvii. Ecce nos reli
quimus. Off. c.c.xxxv. Gl'a et hōre. Sec.
Intercessio q̄s dn̄e bt̄i egi
dij abbis. munera nr̄a
tibi cōmendet. nos q̄ eius
ueneratio sc̄a tue maiesta
ti reddat acceptos. Alia.
Hor tibi precib; dn̄e q̄s
grata nr̄a reddatur ob
latio. quor est tibi festiuita
te oblata. P. cō. c.c.liii. fidelis seruus.
Quesumus op̄s d's. Cōpl.
Ut qui celestia alimenta
p̄cepimus. intercedente bt̄o
egidio abbate. contra oīa
aduersa muniamur. Alia.
Presta q̄s dn̄e ut sacra
menti tui p̄ticipatione
uegetati. sc̄or quoq; mr̄m
tuor petri et prisci deprecatio
nib; adiuuemur. P. In
natiuitate marie. c.c.liii. Gaudeam'. coll.
Supplicationē seruorum
tuor deus miserator ex
audi. ut qui in natiuitate
dei genitricis et uirginis ma
rie congregamur. eius inter
cessionib; suffulti. a te de in
stantib; p̄iculis eruamur.
Eodē die. de sc̄o Adriano.
Presta q̄s op̄s deus. ut q̄
bt̄i adriani mr̄is tui na
talicia colimus. a cunctis
malis īminentib;. eius int'
cessionib; liberemur. P. Infra
octas
Famulis tuis q̄s dn̄e
celestis gr̄e munus imp̄
tire. ut quib; bt̄e marie sp̄
uirgīs partus extitit salu
tis exordiū. natiuitatis ei'
uotiua sollempnitas pacis
tribuat incrementū. P. l'cō
Ego quasi uitis l' sapie.
fructificaui suauitatē
odoris: et flores mei fructus
honoris et honestatis. Ego
mater pulchre dilectionis
et timoris. et magnitudīs
et sc̄e spei. In me oīs gracia
uie et ueritatis: in me oīs
spes uite et uirtutis. Tr̄nsi
te ad me oīs qui concu
piscitis me: et a gn̄ationi
bus meis adimplemī. Sp̄s
eū meus sup̄ mel dulcis:
et hereditas mea sup̄ mel
et fauū. Memoria mea:
in gn̄atione seculor. Qui
edunt me adhuc esurient:
et qui bibūt me adhuc si
cient. Qui audit me nō
confundetur: et qui op̄ant
in me nō peccabunt. Et q̄
elucidant me: uitā eternā
habebūt. gr̄. c.c.lv. Audi filia. Alla.
v. c.c.lix. Virga yesse floruit.
A
e v ia





Alla. v. Virga yesse. et
Alla. v. Adducentur
Alternatim p octas cantant. Initium sci ewangelij scdz mathe.

Liber generationis ihu xpi filij dauid: filij abraham. Abraham genuit ysaac. ysaac aut genuit iacob. Jacob aut genuit iudam et fres eius: iudas aute genuit phares et zaram de thamar. Phares aut genuit esrom: esrom aut genuit aram. Aram aut genuit aminadab: aminadab aut genuit naason. Naason aute genuit salmon: salmon aute genuit booz de raab. Booz aut genuit obeth ex ruth: obeth aut genuit yesse. yesse aut genuit dauid regem: dauid aut rex genuit salomone ex ea que fuit urie. Salomon aut genuit roboam: roboam aut genuit abyam. Abyas aut genuit asa: asa aute genuit iosaphat. Josaphat aut genuit iora: iora aut genuit oziam. Ozias aut genuit ioathan: ioatha aut genuit achaz. Achaz at genuit ezechiam: ezechias aut genuit manassen. Manasses aut genuit amon: amon aut genuit iosiam. Josias aut genuit iechoniam et fres eius: in transmigratione babylonis. Et post transmigratione babylonis: iechonias genuit salathiel. Salathiel aut genuit zorobabel: zorobabel aut genuit abiud. Abiud aut genuit elyachim: elyachim aute genuit azor. Azor aut genuit sadoch: sadoch aut genuit achim. Achim aut genuit eliud: eliud aut genuit eleazar. Eleazar aut genuit mathan: mathan aut genuit iacob. Jacob aut genuit ioseph uirum marie: de qua natus est ihs: qui uocatur xps. Credo dr p oct. off. Aue maria. Secre.

Unigeniti tui dne nobis succurrat humanitas. ut qui natus de uirgine matris integritate no minuit

sed sacrauit. in natiuitatis
eius sollempnijs a nr̄is nos
piaculis exuens. oblationē
nr̄am sibi faciat acceptam
ihs xp̄s dn̄s nr̄. Q' tecū. Alia.
Munera dn̄e oblata sc̄ifica.
et intercedente bt̄o adria
no mr̄e tuo. p eadem nos pla
catus intende. P. Prefō. Et te
in natiuitate. P totā oct' dr̄. ex.to fes
to crucis. Cō. Diffusa est. Cōpl'.
Sumpsimus dn̄e celebri
tatis annue uotiua sa
cramenta. pr̄a q̄s: ut et tp̄a
lis nobis uite remedia pre
beant et future. Alia.
Beati adriani mr̄is tui
dn̄e intercessione placa
tus. pr̄a q̄s: ut que tp̄aliter
gerimus. ꝑpetua saluatione
capiamus. P. Gorgonij mr̄is.
Sanctus dn̄e gorgonius
martyr sua nos inter
cessione letificet. et pia fa
ciat sollempnitate gaudē.
Grata tibi sit Secr̄e. P.
dn̄e nr̄e seruitutis ob
latio. pro qua sc̄s gorgonius
martyr interueniat. P. Cōpl'.
Familiā tuā deus suaui
tas illa contingat et
uegetet. qua in bt̄o gorgo
nio mr̄e tuo xp̄i filij tui
dn̄i nr̄i bono iugiter odore

pascatur. P eundē. Othgeri ꝯf.
Adesto supplicatoib; nr̄is
op̄s deus. ut quib; fidu
ciā sperande pietatis indulge.
intercedente bt̄o othgero con
fessore tuo. consuete mīe tri
bue benignus effectū. P. Secr̄.
Sc̄i confessoris tui othgeri
nobis dn̄e pia nō desit
or̄o. que et munera nr̄a con
ciliet. et tuā nobis indulgē
ciā semp obtineat. P. Cōpl'.
Ut nobis dn̄e tua sacrifi
cia dent salutē. bt̄s con
fessor tuus othgerus q̄s pre
cator accedat. P. Pthi et iacinti.
Beati prothi nos dn̄e et
iacincti q̄s foueat p̄cio
sa confessio. et pia iugiter
intercessio tueatur. P. Secr̄.
Pro sc̄or mr̄m tuor pthi
et iacincti cōmemora
tione munera tibi dn̄e que
debemus exsoluimus. pr̄a
q̄s: ut remediū nobis salu
tis ꝑpetue operēt. P. Cōpl'.
Ut ꝑcepta nos dn̄e tua
sancta purificent. bt̄i
pthi et iacincti q̄s imploret
or̄o. P. In exalta.ne sc̄e crucis.
Collecta.
Deus qui nos hodierna
die exaltationis sc̄e crucis
annua sollempnitate leti

hcas. pia qs: ut cuius mysteri
um in terra cognouimus.
eius redemptionis pmia in
celo consequi mereamr. eodē die.
Cōz mrīm piter qz pontifi
cū cornely et cypriani no
qs dñe festa tueantur. et coz
dō cōmendet uenerāda. p.
Kes: In Ad colosenses.
xpō habitat omīs pleni
tudo diuinitatis corpaliter: i
estis in illo repleti. qui est ca
put oīs pncipatus et potesta
tis in quo circūcisi estis circūci
sione nō manufactā: in expo
liatione corpis carnis. in cir
cūcisione xpī Consepulti
estis cū illo in baptisma
te. in quo et resurrexistis p
fidem operationis dei: qui susci
tauit illū a mortuis. Et uos
cū mortui essetis delictis et
preputio carnis ure cōuiuifi
cauit cū illo donans uob
oīa delicta: delens qd aduer
sus nos erat cyrographū de
cretis qd erat contrariū nob
Et ipm tulit de medio. affi
gens illud cruci: expolians
pncipatus et potestates tra
